



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1563 usque ad annum 1566

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118626**

§. 124. Ejusdem consilium pro deprimenda seditiosorum audacia.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67192](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67192)

**Sæcul. XVI.** inter eos suspicio, atque abalienatio  
A.C. 1566. suborirentur. Sub idem tempus per-  
 commodum accidit, quod Gubernatrix  
 acciperet a Rege literas aliquot ipsius  
 manu exarratas ad Oranium Princi-  
 pem, ac nonnullos Belgii Proceres be-  
 nevolentiae signis resertas, quas mox  
 typis edi, evulgarique jussit: ex quibus  
 omnibus factum est, ut conjuratorum  
 multi omissis foederatorum cœtibus, aut  
 in domos suas redirent, nonnulli privata  
 sua negotia curaturi, aut accederent  
 Gubernatricis partibus, & gratiam  
 Principis promereri, quam indignatio-  
 nem experiri mallent, cum ad id par-  
 tim metus, ne a Proceribus in suis  
 consiliis nutare incipientibus desereren-  
 tur, eos adigeret, partim etiam spes,  
 cuius pleni erant, eoquod præcipue se  
 honoratos a Rege, atque appellatos cer-  
 nerent, eosdem animaret, simul que  
 induceret aliorum offensio, quibus  
 se suspectos, atque invisos facile opina-  
 bantur.

### §. CXXIV.

*Eiusdem consilium de reprimenda se-  
 ditiosorum audacia.*

**H**ac Foederatorum dissensione erige-  
 batur Gubernatrix, animoque sta-  
 tuebat, vim, extremaque adhibere om-  
 nia ad seditiosorum contumaciam ferio-  
 profli-



profligandam, ut vero rite caperet a <sup>Sæc. XVI.</sup>  
Deo principium, ad civitatum omnium, <sup>A.C. 1565.</sup>  
rerumque sacrarum Antistites, Regis  
nomine literas misit, ut jejuniis, ac  
supplicationibus, aliquique piis operibus  
cœlestem iram placarent, clementiam-  
que divini Numinis implorarent: insu-  
per etiam Nuntium in Gallias ad Fran-  
ciscum Alavam Hispani Regis Orato-  
rem, & ad Cæsarem in Germaniam ab-  
legabat, ut illi, quid Hugonottæ para-  
rent, indicaret, hunc vero, quid Belgæ  
petituri sint in comitiis, quidve Septem-  
viri Augustus Saxoniæ Dux, & Fride-  
ricus Palatinus minentur, admoneret.  
Porro ad Cæsarem quidem se iturum  
Mansfeldius Comes Gubernatrici ob-  
tulerat, pollicitus, remoturum se Sa-  
xoniæ Electorem ab ea mente, aut  
certe a facultate nocendi, ac propterea  
se intra ipsius ditionem bellum intesti-  
num fuscitaturum, ut arma in alienas  
terras inferre præpediatur: at quo-  
niam Mansfeldii Comitis præsentia tunc  
minime carere poterat Gubernatrix,  
fatis habuit laudare illius consilium, il-  
ludque, & promptum ejus animum  
Regi significare policebatur, interim  
hunc Comitem penes se retinuit. Post-  
ea militum numerus in Provinciis au-  
gebatur, illarumque Præfecti majori  
præsidio firmati ad eas remittebantur,  
ipfa

**Sæcul. XVI.** ipsa vero Gubernatrix promulgabat e-  
A.C. 1566. dictum, quo severas contumacibus pœ-  
nas irrogabat, hujusque legis exemplar  
ad Regem mittens scribebat, illam a  
se ea ratione conceptam, eoquod hæreti-  
corum ausus plane detestandi hanc se-  
veritatem deposcerent: de cetero signi-  
ficabat, eos, qui adfuerint in secretiori  
Senatu, consensisse omnes præter Eg-  
montium Comitem, qui edictum illud con-  
citandis ad arma Belgarum populis, clas-  
ficum haud dubie futurum affirmasset.

### §. CXXV.

*Brederodius copias conscribere  
jussus.*

**Strad. l. 5.** E nimvero ea, quæ Egmontius prædi-  
xerat, revera contingebant; quippe  
armorum consilia ubique seruebant, eo-  
que ex tempore frequentior erat ad  
eorum conciliabula concursus, magis-  
que sollicite, ac circumspecte conventus  
habebantur: tandem etiam, si Guber-  
natrix vim adhibere meditaretur, ar-  
ma palam capeſſere, militesque ex Pa-  
latinatu, præcipue vero eos, quos Pa-  
latinus offerebat, conscribere decretum  
est. Hujus rei cura Henrico Bredero-  
do commissum, oblataque ei fuerunt  
nomina Antverpiensium mercatorum  
tantæ pecuniæ summam pollicentium,  
quanta contrahendis militibus satis fo-  
ret: